



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Pauli Laymanni e Societate Iesu Jus Canonicum  
Commentario Perpetuo Explicatum**

Et Uberi Non Minus Ac Varia Qvam Clara Et Solida Doctrina Illustratum

Commentarius In Librum III. Decretalium

**Laymann, Paul**

**Dilingae, 1698**

Capitulum IX. Pastoralis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62482](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62482)

Pastoralis.

PARAPHRASIS.

Episcopus Helienſis quaſivir ex Innocentio III. poſteaquam decreto Dionyſij Papæ in c. 1. cauſa 13. q. 1. Parochia diviſa ſunt, ita ut ſingularum obventiones in uſuſ cujuſque Eccleſiæ neceſſarios, atque miniſtrorum ſuſtentationem cederent, utrum conſeſſum ſit Epilcopo ſine Romani Pontificis auctoritate, vel ſaltem ſine Capituli ſui conſenſu, Religioſis conferre alicujus Eccleſiæ Parochialis proventus, Vicario ſuſtentatione neceſſariâ reſervatâ. Præterea, cum in Lateranenſi Conſilio ſub Alexan. III. c. 7. §. prohibemus. prohibitum ſit, ne Eccleſiis novæ penſiones imponantur, aut veteres augeantur, num Epilcopo liceat cum Patroni conſenſu totam Eccleſiam Parochialem, aut portionem aliquam ejus de novo conferre Religioſis in proprietatem. Ad hæc reſpondet Papa, neque prius, neque poſterius poſſe facere Epilcopum abſque Capituli ſui conſenſu, niſi Romanus Pontifex licentiam tribuat. Interim verò ſalva manet conſtitutio Canonica C. Bona rei 72. cauſa 12. q. 2. quòd quinquageſimam partem reddituum Epilcopus ad cauſas pias applicare poſſit. De hoc dixi in c. 1. limitatione 5. hoc. tit.

SUMMARIUM.

- 1. Oblationes, & ſubventiones, quæ ſunt intra fines Parochia, pertinent ad Parochialis Eccleſiæ Fabricam, & rectoris, ac aliorum miniſtrorum ſuſtentationem.
2. Ut alij Eccleſiæ indigenti ſubveniantur, poteſt Epilcopus cum conſenſu Capituli, Eccleſiæ abundantanti penſionem imponere.

Notandum primò. Oblationes, & obventiones, quæ ſunt intra fines Parochiæ, pertinent ad Eccleſiæ Parochialis fabricam,

Et 2

bricam,

antem Eccleſiam parochialem, monaſterio alicui, habenti in ea Parochia jus patronatus, donare, & incorporare poſſit. Reſpondet Papa ex decreto Leonis I. in c. ſine exceptione 52. cauſa 12. q. 2. quòd Epilcopus ſine Cleri totius tractatu, & aſſenſu res Eccleſiaticas alienare non poſſit. Cum itaque ejuſmodi perpetua collatio, donatio, & incorporatio parochiæ, facta monaſterio, alienationis ſpecies ſit, ſequitur eam ab Epilcopo ſine Capituli ſui tractatu & aſſenſu fieri non poſſe.

SUMMARIUM.

- 1. Non debet abſolute vocari Epilcopus, qui legitime quidem electus eſt, nondum tamen eſt conſecratus.
2. Unio Parochialis Eccleſiæ monaſterio in perpetuum facta, cenſetur alienatio.

Notandum primum. Epilcopus, antequam conſecratus ſit, non debet abſolute vocari, ſed cum addito electus, Epilcopus. Ita ſumitur ex hoc c. & docui in diſp. de Prælatiſ. q. 138. ubi ſimile quid dixi de Romano Pontifice & Imperatore, & q. 153. de Archiepiſcopo ex c. 3. de auctoritate, & uſu pallij.

Notandum ſecundum. Si parochia monaſterio uniatu in perpetuum, cenſetur eſſe alienatio, ideòque requiruntur ordinariæ juris ſolennitates: hodie autem tales uniones Epilcopi facere non poſſunt, ob Trident. conſtitutionem ſeſſ. 24. c. 13. de reformatione.

Corollarium. Cum ſummus Pontifex non facile ſoleat juribus Eccleſiarum detrudere, & alienationes facere, ideò in unionibus parochiarum, ſi quæ ſiant monaſterijſ, Epilcopi & Capituli Cathedralis, abbatiũque, quorum intereſt, conſenſus requiri ſolet ante unionem.

